



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Ioannis|| Climaci Ab-||batis Montis|| Synai,|| Scala Paradisi

Johannes <Climacus>

Coloniae, 1583

VD16 J 520

Visio Abbatis Leontij. Capvt IIII.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55433](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55433)

illam baptizauit, neque penitus animaduertit, et
 esse mulierem. Impleuit autem & alios annos
 duodecim in baptizandi ministerio tanta tran-
 quillitate animi, & corporis, vt nullum ultra
 sentiret carnis motum, cum inspiceret, ac tan-
 geret mulieres. Atque ita in pace consummatus
 est.

- 1 Quod Presbyter sancto Chrismate baptizatos inungeret,
 intellige de vnctione in vertice, non autem in fronte.
 Nā hoc solū competit Episcopis. Ex quo etiā habes, rit⁹
 qui ex Ecclesie consuetudine in baptismo adhiberi so-
 lent esse seruandos, cuiusmodi est hæc sacra vnctio.
- 2 Vide in quanti obseruatione essent Canones ecclesiasti-
 ci, etiam apud antiquos illos Patres.
- 3 Ecce quomodo viuens, est etiam post mortem sanctus
 Ioannes Baptista.
 Habes etiam quomodo sancti miracula faciunt in vir-
 tute Dei. Denique quod Crucis signum magnas virtute-
 tes operatur.

Visio Abbatis Leontij.

C A P V T. IIII.

NARRAVIT nobis Abbas Leontius, cœ-
 nobij sancti patris nostri Theodosij Dux,
 dicens: Postquam fugati sunt ab infidelibus
 persecutionem passi Monachi propter nouū mo-
 nasterium, quod dicitur Laura. Quodam verò die
 Dominico descendi in Ecclesiam, vt acciperē sa-
 cra mysteria. Ingressusque vidi Angelum stan-
 tem ad dextrum altaris cornu, & magno pauore
 correptus, reuersus sum in cellulam meam. Et ve-
 nit mihi vox de cœlo, dicens: Ex quo¹ sanctifica-
 tum est altare istud, ego iugiter illi astare iussus
 sum.

Vide

1 *Vide rem miram pro Altarium consecratione, & modo ea antiquis quoque Patribus fuit in vfu.*

Relatio Abbatis Polichronij de tribus monachis,

C A P V T. V.

ABBAS Polichronius eiusdē nouæ Lauræ præbyter, narrauit mihi, dicens: Cū sedere abbas quando in monasterio Turrium Iordanis, nūm illic ex fratribus animaduerti sui ipsius negligentem, & nunquam sanctæ diei Dominicæ Canonem implentem; post modicum verò temporis eundem aspexi cum omni studio, & alacritate se exercentem. Tunc ego dixi ei: Nunc optime facis, curam tui gerens, frater. Qui ait mihi: Domine pater, modo moriturus sum. Et post dies tres mortuus est.

V R S V S idem Abbas Polichronius narrauit mihi dicens: Cū in eodem monasterio defunctus esset quispiam frater, dixit mihi dispensator: Fac charitatem, & veni, vt fratris vasa in locum dispensationis deferamus. Cū ergo ferre cœpissēmus, aspicio dispensatorem fletum cui dixi Quid, quæso, ita ploras, Abbas? Qui inquit, ille, hodie fratris vasa fero, & post dies tres alij portabant mea. Tertiaque die requieuit frater ille, sicut prædixerat.

1 *Ecce diem Dominicum sanctum, qui etiam apud antiquos Patres obseruabatur.*

C A P V T. VI.

ID E M etiam Abbas hoc narrauit, quod cū esset in monasterio Abbatis Constantini Ducis Monasterij sanctæ Mariæ Dei genetricis, quæ Noua dicitur, audiuit quendam fratrem in Aemodochio Hiericuntino requieuisse quē cū accepissent fratres, vt ferrent ad monasteriū Turrium, & sepelirent, ex quo iter agere cū corpore cœperunt, nulla